



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De his quæ aduersantur fidei, scilicet desperatione & confidentia in creaturam: & de causa desperationis. Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

Esti, qui in hoc mundo tantum amauerunt peccatores, quod pro salute eorum se morti exposuerunt, multi sunt parati iuuare eum modo in his quæ ad salutem eorum pertinent, nisi per culpam eorum steterit. Vnde multam deberemus habere fiduciam in eis, & specialiter in illis quorum pietatis plura argumenta habemus, sicut in illis qui in hac vita mortali leguntur fuisse eminentis pietatis: vt de beato Nicolao legitur, quod erat vnde de compariens, & super afflictos pia gestans viscera. Et beatus Martinus diuinitus pallium pauperi, & in illis qui morte imminente petierunt Deum propitium fieri his qui memoriam eorum agerent: vt beata Catherina quæ Christo ait: Fac misericordiam meam agentibus memoriã. Et in his de quorum tumba manna oleum ad iudicium pietatis eorum: vt de tumba beati Nicolai & de tumba beata Catherina.

De his quæ aduersantur fidei, scilicet desperatione & confidentia in creaturam: & de causa desperationis. CAP. IIIII.

S. Pei verò videntur aduersari, diffidentia de Deo siue despectio, & confidentia in creatura. ¶ Desperatio hominè reus maledictum, & protectione Dei indignum. Eccl. 2. Vx dissolutus corde, qui non credit Deo, & ideo nõ protegetur ab eo. Desperatio est similis Cain: caput cordis habet tremulũ, vagus & periculosus est, à procella tetrationis, à terra viuẽtiũ proiectus: eo quod non habet ancorã spei qua retineatur. ¶ Desperatio est peccatum in Spiritũ sanctũ. Vnde super illud Gen. 4. Maior est iniquitas hominis, &c. dicit gl. Desperatio est blasphemia in Spiritũ sanctũ, quæ non remittitur neque in hoc seculo, neque in futuro: quia non putat Deum nolle dimittere, aut non posse: tãquam aut omnipotens non possit, aut inuideat saluti. De desperatione require super in cap. de Commendatione spei, in fine. Et in tractatu de Accusatione secunda parte. cap. 15. ¶ Confidentia verò in creatura triplex est. Prima est præsumptio siue confidentia de se. Secunda confidentia in homine. Tertia confidentia in re inferiori homine: vt in diuitiis. De prima dicitur Prouerb. 28. Qui confidit in carne suo stultus est. Verè stultus est homo de se præsumens, cum in se ipso mo ex se non sufficiat, neque ad subsistendum, neque ad viuendum. Tripliciter est homo insufficiens ad subsistendum. Primò, quia secundum verbum Greg. esse omnium quæ de nobis sunt in nihilum cederet, nisi ea omnium author manu regimini retineret. Secundo, quia non est sufficiens defendere se ab hostibus suis, imò à demonibus citò perimeretur, nisi à Domino protegeretur. Thre. 3. Misericordia Domini, quia nõ sumus

sumpti
lignoru
get, sine
gelo, in
rum in
ciens es
i. Cor. 1
quali à
per pecc
16. Hon
tua Isra
ciens es
titur, ni
inchoat
dicit in
uenire a
à reide
est auxil
Esaie 5
ne ista, n
verò in
fidentur
per bacu
cui si in
bit eam.
Hier. 9.
suo non
puta in
mo qui
pium ad
& Domi
rioribus
raffe, s
fluẽtib
fiduciam
à vento
pergitur
atancar
textur,
noris a
obrizo

sumpt

sumpti. Bern. Si boni spiritus se à nobis elōgauerint, impetū malignorū spiritū sublinere quis poterit? Tertio, quia cibo indiget, sine quo vita eius deficeret: quæ insufficientia nō est in angelo, imō nec in lapide. Dauid: Elurientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. Item ad bene viuendum tripliciter insufficientes est. ¶ Primo quia non sufficit ex se bonā vitam inchoare. 1. Cor. 15. Nō quod sufficientes simus aliquid cogitare ex nobis quasi à nobis. Cogitatio primū opus esse videtur. Potest homo per peccatū se occidere, sed nō potest se occisum suscitare. Sap. 16. Homo per malitiam occidit animā suam. Osee 13. Perditio tua Israel, tātummodo ex me auxiliū tuum. ¶ Secundo, insufficientes est in bono inchoato perseuerare. Greg. Cito bonū amittitur, nisi à largiēte custodiat. ¶ Tertio, insufficientes est in bono inchoato proficere. Bern, super illud Cāt. 1. Trahe me potest te, dicit in persona ecclesiæ: Domine, scio me nequaquā posse peruenire ad te, nisi gradiēdo post te: sed ne hoc quidē nisi adiuuer à te: ideo precor vt trahas me post te. Beatus siquidē est cuius est auxiliū abs te. Homo præsumens de se, maledictus est. Esai. 5. Væ qui sapiētes estis in oculis vestris. De præsumptione ista, requirite in tract. de Superbia 3. parte cap. 5. Confidentia verò in homine fallax est, & hominem confundēs. Esai. 20. Confidentur ab Æthiopia spe sua. Et eiusdem 36. Ecce, confidis super baculum arundineum contractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharaō rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Hier. 9. Vnusquisque à proximo se custodiat: & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Confidentibus in homine Sacra scriptura in multis locis maledicit. Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine. Esai. 31. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxiliū, &c. & nō sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non exquisierunt. ¶ Confidentia etiā in rebus inferioribus valde periculosa est. Greg. super Iob: De creatore despecte, si spem in creatura posuisset. Idem: Quasi in aquis de fluentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare. Sapien. 5. Spes impij quasi lanugo quæ à vento tollitur, & tāquam spuma gracilis quæ à procella dispergitur. Iob 8. Spes hypocritæ peribit. Et paulò post: Sicut tela aranearum fiducia eius. gloss. Gregor. Tela aranearum studiose texitur, statū venti dissipatur: sic quicquid hypocrita exudat fauoris aura tollit. Item Iob 31. Si putavi aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea: supple male mihi accidat. gloss. Obri-

zum est rudis auri moles, *Prou. 11.* Qui confidit in diuitiis suis corruet. *Eccl. 31.* Beatus diues qui non sperauit in pecunie thesauris. Et *1. Tim. 6.* Diuitibus huius seculi præcipe non sperare in diuitiis, sed in Deo uiuo. Quum aurum & argentum securè possint esse etiã in arcis seratis: fatuus est qui ex his securitatem vult sibi facere. Quomodo enim possunt dare securitatem, quã non habent? & quum bona transitoria mentiantur soluendo quod promittunt: fatuum est in eis fiduciam habere. *Esa. 28.* Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio peracti sumus. Mendacio protegebatur Goliath, cui dicit *Dan. 1. Reg. 17.* Tu, inquit, venis ad me cum hasta, gladio, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini. Hasta, clypeus & gladius promittebant ei victoriam, quam tamen non habuit.

¶ *De quatuor causis desperationis.*

Et notandum quod quatuor sunt quæ possunt esse causas desperationis. ¶ *Primũ* est peccati magnitudo, vel multitudo. *Gen. 4.* Maior est iniquitas mea, quã ut veniam merear. *Seb. 1. Reg. 17.* tuum est propter multitudinem vel magnitudinẽ peccati desperare: quum vbi superabundauit delictum, superabundet & gratia. *Rom. 5.* Et maior miseria amplius soleat mouere misericordiam. *Abyssus* enim miseria: abyssum inuocat misericordia. *Bernardus.* Peccavi peccatum grande: turbabitur conscientia, sed non peccatum: vulnerum enim Domini recordabor. *Idem.* Quid tu ad mortem quod non Christi morte soluaris? *Aug. 10. lib. Confessio.* loquens ad Deum patrem: Merito, inquit, mihi spes vana in Christo est, quod sanabis omnes languores meos per quem qui sedet ad dexteram tuam, & te interpellat pro nobis: quin desperavi: multi enim & magni sunt languores mei. *Martinus.* Multi enim & magni sunt: sed amplior est medicina tua. *Idem.* eodem. Ille tuus vnicus redemit me sanguine suo: non calumnia: nientur mihi superbi: quoniam cogito pretium meum. *Martinus.* rem malitiam in homine diuina bonitas, quæ summa est, magis odit, parata eam destruere, & eum qui vult eam delectari adiuuare. ¶ *Secundum* est multitudo tentationum. *Quidam* putant se esse desertos à Deo, quia non dat eis quietẽ à tentationibus: quum potius tẽtatio signũ diuini amoris sit. Est enim eruditio filiorum Dei. *Iudic. 3.* Hæ sunt gentes, quas reliquit Deus, ut his erudiret Israël. *Prou. 13.* Qui diligit filiũ suũ, insecratur eum. Multiplicatio tẽtationũ signũ est quod aliquis de manibus temptationũ euaserit. Dũ aliquis est in carcere, vnicum habet custodem vel duos: si verò euaserit, omnes cum insequuntur. *Sicut*

aliquis captus est à diabolo: nō tantū eum demones persequuntur, quantum quum euaserit. David: Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulāt me? Gre. Illos pulsare negligit, quos iure quieto possidere se sentit. Præterea quod videtur esse impugatio, potius est defensio: vt pater in Paulo, in quo impugatio castitatis erat defensio humilitatis. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ. Tertium est, frequēs casus, vel recidiuatio. Sed fatū est credere infirmitatem humanā plus posse cadēdo, quā Dei virtutē releuādo. Frequēs casus quum ad humilitatē valeat: quodāmodo facit, vt homo ad fortitudinē accedat. Humilitas enim triūphare facit, sicut superbia facit corruere. Vnde Ber. super Cant. Superbia siue iam existens: siue nondū, semper erit causa subtractæ gratiæ. Nūquid qui humilibus dat gratiā, humili aufert datā? Humilitas Deo dat gloriam: & ideo per cōsequens super eū ponit pugnam. Etisdē enim est gloria victoriæ, & pondus pugnæ. Superbus præsumit, ideo cadit, humilis in Deo cōfidit, ideo vincit. Peccatus præ ceteris cecidit, qui præ ceteris præsumpsit. Quartū est nimia tristitia. Prou 15. in mœrore animi deicietur spiritus. Deicietur, inquā, in profundū desperationis. Eccl. 14. Felix qui non habuit animi tristitiam, & nō excidit à spe sua. Ideo nō est continue habenda memoria peccatorū: nec continue cogitanda Dei iustitia: imò quandoq; respirandū est in Dei misericordia. Gre. Cōsiderantes quōd Deus pius sit, peccata vestra nolite negligere. Considerantes quōd iustus sit, nolite desperare. Idem: Oportet etiā de Dei semper nos miseratione cōsidere, & de nostra infirmitate formidare. Isidorus: Benignus est Deus, & seuerus tantū benignus esset, eius benignitatem contēneremus: si tantum seuerus, desperaremus. Et notandū quōd ea quæ dāt occasionē desperationi, aduersantur spei: quæ verō spē adiuuant, de quibus dictum est prius, remedia sunt cōtra desperationem.

De rebus sperandis, & descriptione beatitudinis. De 12. quibus cognosci potest magnitudo futuræ gloriæ. De 12. fructibus ligni vite. De multiplici materia gaudij futuri, de differentia futuri gaudij ad præsens, & de 12. cognitionibus intellectus per 12. stellas quæ sunt in corona sponsæ.

CAP. V.

Nunc dicendū de rebus sperandis, quæ sunt gloria animæ, & gloria corporis. De quibus Esa. 61. In terra sua duplicia possidebūt. Et Prou. vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Hæ sunt duæ stolæ: quarum vnā iā habent sancti, & alteram expectāt. Apoc. 6. Datz sunt illis singulæ albæ stolæ, &